



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 75. Agitur de Austriæ statibus Ferdinando Cæsarlis Fratri cedendis,  
deque ejus connubio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

tus est, & ipse Carolus primæ coronatio- Sæcul. XVI.  
A.C. 1520.  
nis suæ solemnia celebravit, ac Caroli  
Magni diadema suscepit: cum vero in  
Dioecesi Leodiensi, cui Aquisgranum sub-  
jacet, eo die nulla festivitas incideret,  
quæstio movebatur, an præter diem fe-  
stum, vel Dominicum ejusmodi solemnia  
feriali die decenter celebrari possent, fa-  
cili tamen negotio Episcopus dubium dis-  
solvit, hunc diem per totam urbem pro  
festo habendum esse decernens, idque a  
cunctis S. R. I. Electoribus, Principibus,  
ac Proceribus ad hæc solemnia conflu-  
tibus ratum habebatur.

### §. LXXV.

*Agitur de Austriae statibus Ferdinand-  
do Cæsar's fratri cedendis,  
de ejusque connubio.*

Altera die solemnitas alia non minus  
magnifica agebatur; Imperator  
enim solio suo insidens, cunctisque cæ-  
fareæ dignitatis insignibus ornatus Fer-  
dinando fratri suo Hispaniæ Infanti om-  
nes, quotquot a Philippo Patre suo hæ-  
reditario jure acceperat, Germaniæ sta-  
tus cedebat, præsentibus cunctis Elec-  
toribus, Principibus, aliisque Magna-  
tibus, cujus cessionis nomine Ferdinandus  
Austriae Archidux salutabatur. Po-  
stea Imperator adhuc in Throno sedens

M m 4

Ula-

Secul. XVI. Uladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis,  
A.C. 1520. necnon Annæ Reginæ conjugis suæ  
 Legatos exceptit, quibus datum erat ne-  
 gotium, ut nuptias conciliarent inter Fer-  
 dinandum, & Annam Elisabetham, quæ  
 Hungariæ Regis filia, ac Ludovici, junio-  
 ris dicti, soror erat.

## §. LXXVI.

*Comitia generalia Wormatiæ a Cæ-  
 sare indicta.*

*Sleidan. in  
 comm. l. 2.  
 p. 58.*

Biduo post Carolus V. ad diem vigesi-  
 mam primam Januarii anni sequen-  
 tis comitia generalia Wormatiæ celebra-  
 da indixit, haud contentus, quod hanc  
 in rem encyclicas ubique literas expediis-  
 set, ipsus quoque cunctos Germaniæ Prin-  
 cipes impense rogavit, ut ipsimet eo ac-  
 cedere haud gravarentur, ac quantum  
 in ipsis esset, hunc conventum numero,  
 atque auctoritate celebrem redderent.  
 „ Deliberandum nobis est, inquit Impe-  
 „ rator, de summi momenti negotiis, a-  
 „ gitur de tollendis perturbationibus,  
 „ quibus Germania vacante abhinc Im-  
 „ perio agitatur; præcipue vero religio-  
 „ nis cauſa nobis tuenda, ac ingentibus,  
 „ quorum vel occasio vel cauſa Lutheri  
 „ doctrina, atque auctoritas extitit, tu-  
 „ multibus remedium ponendum est. „

## §. LXXVII.